



VI.

DE VICARIIS IMPERII HO-
RUMQUE POTESTATE, D. JU-

STI Sinold / COGNOMENTO

Schük.

CONCLUSIO I.

OB Anarchiam *a* vitandam *b* in principatu electivo *c* interregnum *d* est ineundum.

a) Qualis status fuit Israëliitarum, *Judic. 17. vers. 6. ibi* temporibus illis non erat Rex in Israëli, & quisq; faciebat, quod rectum videbatur in oculis suis, *c. 19. cap. ult. vers. fin. eod.* Et huc referri potest lex Persarum. Quinq; dies post mortem Regis pro lubitu agere facere potestatem quisq; habeto, *Besold. disp. 1. cl. 1. th. 27. Bodin. de Reb. lib. 4. n. 369. ubi plura exempla enarrat.*

b) Hic enim nemo imperat, nemo parat, in summa scelerum vivitur impunitate ac licentia. *Bod. d. lib. nu. 485* Nihil ea periculoser Reipublicæ accidere potest, adeo ut præstet etiã sub malo esse principe, *Plat. 1. de legib. necesse est, ut interitus totalis & everfio ipsam insequatur, Bodin. d. loc.*

c) Successorius tutelam habet. *Besold. de Reg. succes. dissert. 4. th. 1.* Bardus dubitabit, an status Imperii sit Electivus vel non, *vid. concl. 26. infra.* *d*) quod est forma aliqua Reipubl. dum post bonum principem quæritur alius bonus, *ut loquitur Besol. & tantisper regitur à certis quibusdam, qui inter reges vocantur, in Imperio nostro Vicarii plerumq; appellantur, Calv. Lex. jurid. verb. interregnum.*

2. Sacri Imperii vacantis provifores sunt Elector Comes Palatinus, & Elector Dux Saxonix. *a* Non totum collegium Electorale *b*. Non Pontifex Romanus *c*.

a) Sunt verba Divi Caroli IV. *in aurea bulla, tit. 5. Dom. Goth. Ant. precept. p. m. mihi colendus disp. feud. 14. th. 1. lit. b. Buxdorf. & Arum. ad t. 5. aur. bull.* *b*) Christoph. Besold. *de Reg. success. lib. 3. dissert. 4. Buxdorf. ad aur. bull. th. 55. licet aliàs capitulū sede vacante in administratione & jurisdictione succedat, c. his qua, c. cum olim de maior. & obed.*

c) quod sibi tamen perfriatã fronte & satis impudenter arrogat *in clement. 1. de jurejur. c. ad Apostolica de sentent. & re jud. in 6. clement. pastorib. c. licet, de foro competent. & aliis, ubi Canonista communiter.*

3. Huic enim omne jus in Imperio præclusum est.

Vult enim esse persona Ecclesiastica, & quidem successor Apostoli, audiat ergo Dominum cœlestem, Reges gentium dominantur, vos nõ ita, *Luc. 22. 25. Matth. 20. 25. secundò evolvat sacros canones ipsos, c. novit. de jud. c. causam, qui filii sunt legii. c. venerabilem, eod. c. tuam, de ord. cogn. c. quoniam, c. duo sunt, dist. 96. c. nos si incompeten.*